



~~G. M.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

11-73.

SIGNAT. CCCXIII.

13

D. O. M. A.  
**THESES LOGICAS  
PROOEMIALES,**

PRÆSIDE  
VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo atq; Excellentissimo*  
**DN. CHRISTIANO TRENTSCHIO,**  
Logicæ ac Metaphysicæ Profes. Publ: cele-  
berrimo,

*Domino Patrono atq; Preceptore suo omni observantia  
statem colendo,*

D. 12. Julii A. MDC LXXVI.  
*In Auditorio Majori, horis antemer:*

Ad ventilandum proponit  
**M. PAULLUS PLATANI,**  
Muotova-Hungarus.

---

WITTEBERGÆ, Typis JOHANNIS BORCKAKDI, Acad. Typ.  
Excudebat SIMON LIBERHIRT,



I.

**C**um Logica abstracta & formaliter spectata sit ex genere Habituum Instrumentalium, non potest in Propositione definitiva sine contradictione recipere ullum ex Habitibus principalibus, ut Prædicatum essentiale.

II.

Cujus Finis partim externus seu accidentalis, veritatis nempe facilior & certior investigatio; partim internus & essentialis, qui ad obtinendum priorem ordinatur, organica actuum Intellectus directio, rectè statuitur.

III.

Et licet Subjectum quā rem consideratam sive materiale commune habeat cum ceteris; non tamen quā modum considerandi, sive formale, per quod specificè constituitur, & ab aliis distingvitur.

IV.

Idq; immediatum sunt Operationes Intellectus quantum organicè dirigibiles: mediatum verò omne cognoscibile, quantum Notionibus Logicis substare potest, easq; recipere aptum natum est.

V.

Media verò sive Instrumenta Dirigibilitatis sunt Notiones Logicæ secundæ, quæ tām latè patent, quām latè patent res cognoscibles, circa quas Intellectus in actuali cognitione occupatus veritatem percipere, vel errare potest: sive illud sit ex classe rerum Prædicamentialium, sive Supraprædicamentialium, sive Infraprædicamentialium.

VI.



VI.

Hinc evidens est non repugnare naturæ rerum mysticatum imponere Notiones Logicas, si depurentur ab ea imperfectione, qvam imbibunt in rebus Prædicamentilibus, ac modus attributionis servetur analogicus.

VII.

Atq; in hac Ampliatione Notionum adæqvata & immediata divisio est inter modum prædicandi essentialem sive Synonymicum, & extraessentialem sive Paronymous non minùs ut modus essendi immediatè dividitur in primum & secundum.

VIII.

Triplicia vrd esse Media Dirigibilitatis ex triplici motu Intellectus conficitur, qvi vel in apprehendendo, vel componendo ac dividendo, vel deniq; in colligendo ac disponendo organicè regulatur.

IX.

Unde juxta hunc considerandi modum Mediorum rectè tres Partes Logicæ constituuntur: ita ut Prima exhibeat Simplices Terminos, velut Instrumenta pro dirigen- da Prima Mentis Operatione: Altera Enunciationes, qvæ Secundæ Mentis Operationi regulandæ inserviunt: Tertia Syllogismum, qvi Tertiæ Mentis Operationem dirigat.

X.

Ex his igitur omnibus necessariò infertur Logicam esse disciplinam Instrumentalem, Practicam, maximè necessariam, utilissimam, ac deniq; universalissimam.

COROL.

## COROLLARIA.

1.

*Logica docens & utens non differunt specie.*

2.

*Et tam est absurdum dicere Logicam si-  
ne usu esse, quam dicere hominem esse sine  
anima.*

3.

*Predicabilia non sunt tantum rerum præ-  
dicamentalium.*

4.

*Neg<sub>3</sub> Substantia, neg<sub>3</sub> Quantitas, &  
lia Accidentia in Logica recte vulgo tractan-  
tur.*



Ung VI 73


**ULB Halle**  
004 108 515

3





# Farbkarte #13



A.  
OGICAS  
ALES,

g, Excellentissimo  
IRENTSCHIO,  
ofess. Publ: cele-

e suo omni observantia

C LXXVI.  
oris antemer:

proponit

LATANI,  
garus.

ORKAKDI, Acad. Typ.  
ERMIRT,

13

282